Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

computat sumptus quinecessarii sunt. si habet ad perficiendum.

Omne quod agimus praeuenire per studium considerationis debemus. Ecce enim iuxta ueritatis uocem. qui turrem aedificat prius aedificii sumptus pandit. Si igitur humilitatis turrem construere cupimus, prius nos praeparare et aduersa huius saeculi debemus. hoc enim inter renum et caeleste aedificium distat. quod terrenum aedificium expensas colligendo ad illud sumptus facimus. si non habet a colligamus ad istud sumptus facimus si et habita relinquamus. considerandum uero quod dicitur.

Nepostea quam posuerit fundamentum et non potuerit perficere. Omnes qui uiderint incipiant inludere ei dicentes. Quia hic homo coepit aedificare et non potuit consummare.

Qui iuxta paulini uocem spectaculum facti sumus mundo angelis et hominib: et in omne quod agimus considerare occultos aduersarios pro debemus. Qui semp nostris operib: intendunt semper ex pro defectu gaudulantur. quos proph a intuens ait. Osms in te confido non erubescam. Neq: inrideant me inimici mei. Ipsi bonis enim operib: intenti nisi contra maligno sspe sollicite uigilemus ipsos inrisores patimur quos ad malum persuasores habemus sed quia de construendo aedificio comparatio data est nunc eximinori ad maiussimilitudo subditur. Ut ex reb: minimis maiora pensentur; na sequitur.

Aut quis rex iturus committere bellum aduersum alium regem. non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum uigenti milibus uenit ad se. alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens rogat ea quae pacis sunt.

Rex contra regem ex aequo uenit ad proelium. et tamen si se perpendit non posse sufficere legationem mittat et ea quae pacis sunt postulat. Quib: ergo nos lacrimis spernere uenam debemus, qui in illo tremendo examine cum rege pro ex aequo ad iudicium non uenimus. Quos nimirum conditio infirmitas et causa inferiores exhibet. sed fortasse iam mali operis culpas abscidimus iam prua quoque exterius declinamus. Numquid ad reddendam rationem cogitationis nostre sufficimus. Cum duplo ergo exercitu contra simplum uenit quinos uix in solo opere praeparatos simul de opere et cogitatione discutit. et ideo dum adhuc longe e legationem mittamus rogemus ea q: pacis sunt. Longe enim ee dicitur. quo adhuc praesens per iudicium non uidetur. mittamus legationem lacrimas nostras mittamus misericordiae operum afferamus in aere eius hostias placationis. haec e nra legatio. quae regem uenientem placat.

l. clxxxiiii
R. V. in xcvi.

Sic ergo omnis ex uobis qui non renuntiat omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus.